



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

48. Legati Steinfeldiam revertuntur. Inde jussi Principem Wolbecæ
salutant. Et cum suis Hollandiam repetunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1657.

*Legati
rever-
tuntur
Stein-
fordiã.*

*Indè
iussi
Princi-
pem Wol-
becam in-
visunt.*

*Et demũ
abeunt
cum suis
in Hol-
landiã.*

cinam, devotãque Urbem benevolentiã in posterum quõque consulant ejus securitati. Lustratis deindè castris, munimentisq; nec pauca admirati biduõ post, quã excepti erant pompã iterũ deducti, *Steinfurtum* abeunt Hollandiam revisuri; sed isthic offendunt Concederatum Ordinum litteras, quibus jubentur Episcopo Urbis deditioem gratulari. Eã verò gratulatio importuna tunc ipsis visa, quod gratulatos jam antè Civibus, Principem postponi dedecere, & oblati *Ahusiæ* nuper officii, novã nunc adeundi necessitate liberatos se arbitrarentur. Alteram igitur jussionem prætolati, dum primæ insistent Ordines, festinato itinere *Wolbecam* discedunt. Isthic à Principe benignè excepti, ac magnificè habitant. Executi quæ in mandatis habebant, ac demirati Præsulis modestiam, prudentiamque, *Steinfurtum* revertuntur. Indè rectã in Hollandiam, & ipsi, & comitatus *Zutphaniz* piæ, quæ in finibus Comitatus *Zutphaniz* subsistebant, ad sua quæque loca emigrârunt.

FINIS LIBER TERTIJ.